

Hermann Lembke

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Prof. Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Eberhardo Deichman/ I. U. D. celeberrimo, Vidua moestissima Hodie hora 1. pomerid. in Templo Mariano paratas cupit; Omnes & Singulos Academiae Cives sedulo & amanter invitat : [P.P. sub Sigillo Acad. die 7. Iun. Anno 1655.]

Rostochii: Kilius, [1655]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777440504>

Druck Freier  Zugang



Lembke, H.,
in
E. Deichman.

Rost. 1655.

29a

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS Lembke/

J. U. D. & Cod. Prof.

Ad Exequias

QVAS

Viro Consultissimo & Excellentissimo,

DN. EBERHARDO

Reichman /

J. U. D. celeberrimo,


Vidua moestissima

Hodie hora 1. pomerid. in Templo Mariano

paratas cupit;


Omnes & Singulos Academiae Cives sedulo

& amanter invitat.



ROSTOCHII,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



Vantumvis omnibus homi-
nibus moriendi necessitas incum-
bat, ut nec ætas, nec sexus, nec lo-
cus, nec dignitas ulla quæquam à
morte immunem præster; tanta tamen sæpissi-
mè humanas mentes mortis oblivio capit, ut om-
nem de eâ cogitationem deponant, & moni-
toribus, quibus mortis memoria refricetur, in-
digeant. *Ægyptiis* solenne fuit, inter epularum
delicias, & convivarum hilariores commessatio-
nes, ligneum cadaver convivantibus exhibere,
certisq; eam in rem usurpatis vocibus mortali-
tatis suæ præsentibus admonere. *Persæ* domi suæ
mortuos sepeliebant, non alio sanè fine, quàm
ut mortis memoria vivorum oculis perpetuò ob-
versaretur. *Ptolomæus Philadelphus*, Ægypti Rex,
quoties mensæ assidebat, cibum sumpturus, ad
mortui hominis cranium eidem mensæ imposi-
tum, respiciebat, indeq; mortalitatem suam ad-
discebat. Pariter *Philippus Macedo* pransurus, aut
cænaturus, quin & cubitum iturus, puerum sem-
per in promptu habebat, qui occineret ipsi: *Phi-
lippe, memento mortalem te esse.* *Severus Imperator*
sanus & vegetus sæpè loculo, quem vivo sibi
con-

470

confieri curârat, se includebat, ne mortalitatis
suâ oblivisceretur. Nobis, si vel in nos ipsos
descenderemus, & à mortis injuriâ ne ad horu-
lâ momentum immunes nos esse, considerare-
mus; vel alios, quos à morte abripi cernimus,
intueremur; his aliisque consimilibus mortalitatis
nostrâ monitoribus minimè opus esset. Occan-
tant nobis, quotquot discedunt, ex tumbâ suâ
singuli illud Syracidæ: *Memor esto judicii no-*
stri; sic enim erit Et tuum; Nobis heri, Et hodiè tibi.
Intueamur in præfenti tantùm, cui nunc justa
facimus, Virum *Amplissimum Et Consultissimum*
Dn. EBERHARDUM DEICHMANNUM,
J. U. D. ac Advocatum quondam clarissimum.
Sanè quemadmodum mors eum sustulit; ita &
tibi, quisquis es, singulis horis, singulis momen-
tis sua intentat spicula. Nec te propterea extra
reli jactum positum puta, quòd firmo adhuc
stes aut incedas talo; quòd *mens sana in corpore*
sano; quòd facies nitida; quòd color vividus &c.
Nihil horum mors respicit, quæ in juvenes, in
senes, in validos æquè ac infirmos sine ullo dif-
crimine sævit; nec ulla est ætas, ulla forma; ul-
lum robur, quod non suæ mortalitatis & fragi-
litate in aliis exempla habeat. Cæterum ad
rem: Natus est Dn. D. EBERH. Deichman/
OSNABRUGÆ, celebri Urbe WESTPHALIÆ;

A 2

Anno

Anno 1594. mense Septembr. Patre Viro *honoratissimo & spectatissimo* Dn. JOACHIMO Deichman / dictæ Urbis cive ac incolâ; Matre *Lectissimâ & pudicissimâ* MARGARETA Gerdinges / JOACHIMI Gerdinges / Civis Osnabrugensis filiâ. Avum habuit Dn. GERHARDUM Deichman / BREDEVORDIA oriundum; rerum militarium usu præstantissimum; Inviçtiss. Rom. Imperat. CAROLI V. primò Centurionem; deindè verò Civem Osnabrug. Aviam, honestissimam optimamq; Matronam, ANNAM Deichmans. His originem debet majoribus defunctus jam noster: qvi, ut lucem primum conspiceret, Sacro Baptismate (peccator enim natus erat, ut omnes nascimur) initiatus, CHRISTIQ; Ecclesiæ membrum factus est. Postmodum nihil intermissum est eorum, quæ rectæ ac legitimæ educationi factura esse viderentur. Cum singulari planè ingenio ad studia propendèret, diversimoda, ea ipsa exculturus, Gymnasia, variasq; Academias adiit. Anno 1614. ROSTOCHIUM venit, perq; aliquot annos, non sine laude suâ, nobiscum commoratus est. Deindè RINTELIUM hinc petiit, indeq; postquam haud diu ibidem substiterat (Parentes, ut diutius eò loco hæreret, volebant) ad nos reversus, *Magni ac Præclariss.* Jcti, THOMÆ LIN-

UNA

28

LIN-

471

LINDEMANNI, mensâ ac Padagogio usus est.
Anno 1622. Deo ita disponente, matrimonium
iniit cum MARGARETA BÖRDINGIA,
Dn. PETRI Bordinges / Civis olim ac mer-
catoris nostratis haud postremi, filiâ. Septen-
nale id conjugium, & pacificum sic satis, & sa-
tis etiam sæcundum fuit; quippe iste thorus 4. fili-
os edidit, PETRUM, JOHANNEM, Pa-
tri cognonimem EBERHARDUM, & de-
niq; LUCAM; quorum tres priores cælo du-
dum, undè venerant, redditi; Quartus, sc.
LUCAS, etiamnùm superstes est; J. U. studi-
osus eximius, paternasq; virtutes haud segniter
æmulaturus. Anno 1623. pro consequendo sum-
mo in utrôq; jure gradu, ac privilegiis Doctora-
libus obtinendis, sub *Magnifici & celebratissimi*
Dn. D. ERNESTI COTHMANNI, Icti.
Incomparabilis, præsidio, publicam Disputati-
onem habuit *De necessaria defensione*; moxq; 12.
Jun. ejusd. Anni, honores istos, pro quibus mi-
litaverat, reapsè sibi collatos vidit. Ab eo
tempore docendo disputandoq; ita sese exer-
cuit, uti famam indè non levem, nominisq;
celebritatem consequeretur; adeòq; etiam Con-
sistorii Ducalis Advocatus & Fiscalis constitue-
retur. Anno 1629. ad vota secunda transiit (prior
enim uxor jam tùm satis concesserat) vitæq; no-

174
vam sociam sibi delegit Eximiam ac fexus sui
virtutibus instructissimam virginem, ANNAM,
Viri *Amplissimi*, *Consultissimi*, & *Excellentiss.*
Dn. HINRICI KENSERS / J. U. D. Reverendi
Capit. Lubec. Syndici, ejusdemq; urbis Consi-
liarii; postmodum verò Archi-Episcopatus
Bremensis Cancellarii, filiam; mœstissimam nunc
& afflictissimam viduam. Quod ipsum conjugium
priori diuturnius, quippe 21. annorum;
æquè pacatum; nec minùs fœcundum extitit;
namq; tres elegantissimas filias produxit, AN-
NAM MARGARETAM ISARAM
DOROTHEAM, & ANNAM MARGA-
RETAM II. Quarum primam admodum pu-
eram, qui dederat, repetiit. Reliquæ super-
sunt, utq; viduæ matris solatio diu supersint,
animè vovemus. Porro Advocati illo ac Fi-
scalii, cujus supra meminimus, munere lau-
dabiliter aliquot hinc annos functus, *Osnabrugen-*
sium Syndicus vocatus est; sed, amore loci hujus,
spatiam renuit. Postmodum tamen alteri ad
Syndicatum *Rever.* ac *Nobiliss.* Capituli *Bremen-*
sis vocationi obsecutus est. Quùm verò nimio
bello ea ipsa loca Anno 1646. urgerentur, patri-
os, non ad eò dissitos, lares invisit, ibidemq; tem-
pore pacificationis, in quod idem eius in patriâ
sivè *Osnabruga* præsentia incidebat, negotia Ro-
stochien-

Stochiensium, à quibus eius rei aliquid in man-
 datis acceperat, quantâ unquam potuit fide
 atq; diligentia, procuravit. Anno 1649. iussu
Amplissimi Senatus nostri, tertium ad nos venit,
 & Consilarii Urbici provinviâ honoratus est;
 quam tamen proh dolor! administrare hau d
 diu licuit; quandoquidem sequenti Anno Curiâ
 sivè Graphèò egressum subitus morbus inces-
 sit, sed à quo usq; adeò resipiscere datum
 est, ut, octiduo post, omnimodam sanitatem re-
 cuperârit. Anno autem 1651 4. Martii ex eo-
 dem, quem diximus, loco, domum reversus,
 recidivam ex pristino affectu passus est, sermo-
 nisq; (ita acris ea fuit) jacturam fecit. Postmo-
 dum crevit malum adeò, ut quocunque Medi-
 corum adversum illud conamine potentius fue-
 rit. Totum quinquennium cum maximâ corpor-
 ris membrorumq; impotentiâ luctatus est, ut ad-
 spicientibus vel considerantibus non potuerit
 non ea res ingenti cordolio esse. Tandem ulti-
 mum vitæ terminum imminere ratus, non mi-
 grare ex hâc in cœlestem patriam voluit ante,
 quàm salutarî Cænæ Dominicæ Epulo animam
 pavisset. Isthoc ergò viatico sumpto, sequenti
 statim die, h. e. ipsâ Pentecostes feria 1. circa
 prim. pom erid placidè ac (quod verè scribimus)
 piissimè in Domino obdormivit. Non poterat
 pro-

profectò cum hominē , qui terrenæ societati
jam inhabilis penitùs videbatur , præclariùs,
quàm hoc pacto, agi. Unde casum Vidua libe-
riq; superstites moderate ferent, & cælitùs quid-
vis auxilii ac paternæ munificentia exspecta-
bunt. Nos, quæ nostrarum partium fuerint,
minimè neglecturi, frequentes in funere Viri
clarissimi, quod hodie circa 1. pomerid. effere-
tur, comparebimus, eòq; modo condolentiam
& affectum nostrum relictæ Uxori, liberis, cæ-
terisq; quicunq; erunt, cognatis, testabimur.
Uti ergo qui nostræ jurisdictionis sunt, præstare
haud graventur officium, hàcq; fini in Æde
div. Mar. dicto tempore conveniant, eo, quo
identidem soleo, modo, h. e. studiosè & im-
pensè contendo, P. P. sub Sigillo Acad,

die 7. Jun. Anno
1655.





Stochiensium, à quibus eius
 datis acceperat, quantâ un
 atq; diligentia, procuravit.
Amplissimi Senatus nostri, tert
 & Consilarii Urbici provin
 quam tamen proh dolor! a
 diu licuit; quandoquidem se
 sivè Graphèò egressum subi
 sit, sed à quo usq; adeò
 est, ut, octiduo post, omnimo
 cuperârît. Anno autem 16
 dem, quem diximus, loco,
 recidivam ex pristino affectu
 nisq; (ita acris ea fuit) jactura
 dum crevit malum adeò, ut
 corum adversum illud conat
 rit. Totum quinquennium cu
 ris membrorumq; impotentia
 spicientibus vel considerantib
 non ea res ingenti cordolio e
 mum vitæ terminum immin
 grare ex hâc in cœlestem par
 quàm salutarî Cana Dominic
 pavisset. Isthoc ergò viatico
 statim die, h. e. ipsâ Penteco
 prim. pom erid placidè ac (qu
 piissimè in Domino obdormi

in man
 tuit fide
 49. jussu
 os venic,
 ratus est;
 re hau d
 no Curiâ
 us inces
 datum.
 atem re
 ii ex co
 reversus,
 t, sermo
 Postmo
 e Medi
 tius fue
 à corpo
 st, ut ad
 otuerit
 em ulti
 non mi
 it ante,
 nimam
 sequenti
 t, circa
 ibimus)
 poterat
 pro-

